Quelle:
Copyright:



De duobus his operibus Isidori apud Oudinum de Script: eccles: sequentia leguntur; scilicet de libb: III Sentent: de Summo bono Tom: I. colum: 1592." Quos ex libris S. Gregorii Papae moralibus excerptos decoravit, et Gaspar Loaysa emendavit, notisque suis illustravit." De norma vivendi autem, et de contemtu mundi col: 1586 " Sed vt conferenti constabit, sunt tractatus omnimode desumti ex libris Synonimorum: vnde constat illos ab aliquo posteriore authore ex iis defloratos, nec spectare posse ad Isidorum, quem deflorant." Haec Oudinus.

S. Isidorus post Leandrum Germanum Hispalensis Episcopus virtute & Scientia clarus diem obiit aõ 636. Plura dabunt Mabillonius Saec: 2 Benedict: & Acta Sanct: T I. 4 April.